Nos Thomas iudex et Dobeslaus subiudex terre Cracoviensis generales, notumfacimus quibus expedit univer-
sis presencium noticiam habituris, quod coram nobis et assessoribus in iudicioque iuris Strenuus miles dominus
Andreas heres de Corabow subcamerarius ploczensis iudicialiter consistens et etiam apprehensus, litteram
quandam privilegialem super villa Cassina dicta / ~~circa et apud ...~~ contra Strenuum mili-
tem dominum Johannem Ligaza palatinum Lanciciensem negavit se obtinere, dicens omnino pe-
nitus super eam litteram iam non habere, et nos audita negacione ipsius domini Andree, decrevimus
tenoreque presencium taliter determinamus observandum, videlicet si ita aliquando super eam litteram super pre-
dicta villa Cassina idem dominus Andreas vel alter aliquis contra predictum dominum Johannem pala-
tinum eveniret ostendendo, ipsius littere vigor atque tenor nulla habebit firmitate, nec ipsi
domino Johanni palatino predicta villa in aliquo ipsa littera preiudicare sive nocere debebit. In
cuius rei testimonium sigilla presentibus nostra sunt appensa. Actum et datum Cracovie in col-
loquio generali feria quinta proxima post diem sancti Michaelis Anno domini millesimo CCCC°
quarto, presentibus Strenuis dominis Johanne de Tharnow palatino, Johanne de Thanczin
Cracoviensi, Cristino Sandomiriensi, Crystino Sandecensi, Clemente Radomiensi et Clemente
Wechoviensi castellanis pluribusque aliis testibus fidedignis per manus Michaelis notarii.

Z
Sprawa o lessza kassinoz
s panem Andrzejem Podko-
morzym Płoczkim a
panem Janem [illegible]
woiewodą łęczyczkim

A° 1507

[illegible]

5. [illegible]